

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Quid faciat in hominibus status? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Et illi nihilominus, qui sunt magis ad contemplationem apti, possunt exercitia vitae actiuae subire, ut per hoc ad contemplationem paratores reddantur.

QVÆ S.T. CLXXXIII.

De officijs & varijs hominum statibus in generali, in
quatuor articulos diuisa.

Onsequenter considerandum est de diversitate statuum & officiorum humanorum. Et primo considerandum est de officijs & statibus hominum in generali. Secundo, specialiter de statu perfectorum.

¶ Circa primum queruntur quatuor.

¶ Primo, quid faciat in hominibus statum.
¶ Secundo, vrum in hominibus debeant esse diversi status, sive diuersa officia?

¶ Tertio, de differentia officiorum.

¶ Quarto, de differentia statuum.

A R T I C. I.

Vrum status in suu ratione importet conditionem li-
bertatis vel seruitutis?

A D primum sic procedit. Viderur, quod status in
sui ratione non importet conditionem libertatis
vel seruitutis. Status enim a stando dicitur. Sed stare
dic tu aliquis ratione restringendis. Vnde dicitur Ezecl.
1. Fili hominis, sta super pedes tuos. Et Gregor. * dicit
in 7. Moral. Ab omni statu restringendis dispergant,
qui per noxia verba dilabuntur. Sed restringendem.
spiritualem acquirit homo per hoc, quod subiicit suam
voluntatem Deo. Vnde super illud Psal. 12. Reccos f eff glo.
decect collaudatio, dicit f gloss. Recci sunt qui diri-
gunt cor suum secundum voluntatem Dei. Ergo vi-
tetur, quod sola obedientia diuinorum mandatorum
sufficiat ad rationem status.

¶ 2 Praeterea, Nomen Status videtur importare non lon-
gitudinem, secundum illud primæ ad Corinth. 15. gè a pris.
kables estote & immobiles. Vnde * Gregorius dicit 10. 8.
uper Ezechiel. Lapis quadrus est, & quasi ex omni ho 21 in
vere statum habet, qui casum in aliqua permutatio- 3. colum-
non habet. Sed virtus est que immobiliter facit na a pri-
dec. Sec. Vol. iiij.

P p ope-

864

inf. ar. 4.

cor. & q.

184. 3. 4.

cor. & q.

186. 2. 6.

corp. &

quot. 2. 2.

17. cor.

* 1.7. Mo

rat. c. 25.

ante me.

to. 1.

ordin. ex

coitione 2.

in Ps. 32.

594 l. 2 c. 1. 2 operari, ut dicitur in secundo Ethicorum. Ergo vi-
c. 4 c. 5. detur, quod ex omni operatione virtuosa aliquis ita-
tum adipiscatur.

¶ 3 Præterea, Nomen Status videtur ad quandam
alitudinem pertinere. Nam ex hoc aliquis sit, quod
in altum erigitur. Sed per diuersa officia a iugis fit al-
tior altero. Similiter etiam per gradus vel ordines di-
uersos diuersimodè homines in quadam alitudine
constituantur. Ergo sola diuersitas graduum, vel ordi-
num, vel officiorum sufficit ad diuersificandum statu-

2. q. 6. c. 5.
quando. S E D contra est, quod in * Decret. 2. quæst. 4. di-
tur, Si quando in causa capitali vel causa status in-
terpellatum fuerit, non per exploratores, sed per sen-
tos est agendum: vbi causa status appellatur perti-
nens ad libertatem vel seruitutem. Ergo videtur quod
non variet statum hominis, nisi id quod pertinet ad
libertatem vel seruitutem.

R E S P O N D E O dicendum, quod status pro-
prie loquendo significat quandam positionis distinc-
tiam, secundum quam aliquid disponitur secundum
modum sue naturæ, quasi in quadam immobilitate.
Est enim naturale homini, ut caput eius in superio-
ritate, & pedes in terra firmenentur, & cetera membra
media conuenienti ordine disponantur. Quod que-
dem non accedit, si homo iaceat, vel sedeat, vel co-
cumbat, sed solum quando erectus sit. Nec rurum
stare dicitur, si moueat ut, sed quando quieter. Be-
ne de est quod etiam in ipsis actionibus humanis diu-
negotium aliquem statum habere, secundum ordinem
propriæ dispositionis, cum quadam immobilitate de-
quietce. Vnde & circa homines ea, quæ de facili o-
ca eos variantur & extrinsecæ sunt, non constitui-
statum: puta, quod aliquis sit diues vel pauper, in
dignitate constitutus, vel plebeius, vel si quid sit
est huiusmodi. Vnde & in iure ciuili dicitur, quod ei
qui à senatu amouetur, magis dignitas, quam linea au-
fertur. Sed solum id videretur ad statum hominis per-
tinere, quod respicit obligationem personæ hominis

prope

QVÆST. CLXXXIII. ART. I. 595
prout scilicet aliquis est sui juris, vel alieni. Et hoc
non ex aliqua causa levius vel de facili mutabili, sed ex
aliquo permanente: & hoc est quod pertinet ad ra-
tionem libertatis vel seruitutis. Vnde status pertinet
propriæ ad libertatem vel seruitutem, sive in spiritua-
litus, sive in ciuitibus.

Ad primum ergo dicendum, quod rectitudo, in
quantum huiusmodi, non pertinet ad rationem sta-
tus, sed solum in quantum est connaturalis homini,
sicut addita quadam quiete. Vnde in alijs animali-
bus non requiritur rectitudo ad hoc, quod stare dicantur:
nec etiam homines stare dicuntur quantumcumque
sint recti, nisi quiescant.

Ad secundum dicendum, quod immobilitas non
sufficit ad rationem status. Nam etiam sedens velia-
censquiescit, qui tamen non dicitur stare.

Ad tertium dicendum, quod officium dicitur per
comparationem ad actum: gradus autem dicitur se-
cundum ordinem superioritatis & inferioritatis. Sed
ad statum requiritur immobilitas in eo quod pertinet
ad conditionem persona.

ARTIC. II.

*Vtrum in Ecclesia debet esse diuersitas officiorum,
sive statuum?*

A D secundum sic proceditur. Videlur, quod in
Ecclesia non debet esse diuersitas officiorum
vel statuum. Diversitas enim unitati repugnat. Sed si
deles Christi ad unitatem vocantur, secundum illud
Iordan. 17. Ut sint unum in nobis, sicut & nos unum su-
mus. Ergo in Ecclesia non debet esse diuersitas offi-
ciorum sive statuum.

¶ 2 Præterea, Natura non facit per multa quod pos-
sit facere per unum. Sed operatio gratia est multo or-
dinatior, quam operatio naturæ. Ergo conuenientius
est, quæ pertinent ad actus gratiæ, per eosdem
homines administrarentur, ita ut non esset in Eccle-
sia diuersitas officiorum & statuum.

¶ 3 Præterea, Bonum Ecclesiæ maximè videretur in

PP 2 pace

865